Collegiis, Prepoſito, & alijs Religioſis locum habere, nec non omnia, & ſingula quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſint, etiam ſpeciali nota digna priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates remiſſiones, & gratias tam ſpirituales, quàm temporales, literaſque Apoſtolicas, etiam iuſtitiam, ſiue mixtim concernẽtia, & per quoſcunq; alios Romanos Pontifices tam predeceſſores, quàm ſucceſſores, & denique Sedẽ Apoſtolicam, & illius Legatos de latere, ſiue Nuncios, & quaſcunque alias perſonas, quauis auctoritate fungentes etiam motu, et ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter tam ingenere, quàm inſpecie, et tam communiter, et coniunctim, quàm particulariter, et diuiſim, etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, et aliàs quomodolibet, quibuſuis Ordinibus Fratrum, et Sororum Mendicantium quocunque nomine nuncupẽtur, illorumque congregationibus, Conuentibus, et Capitulis, ac vtriuſque ſexus perſonis, ac illorum monaſteriis, domibus, Eccleſijs, Hoſpitalibus, et aliis pijs locis hactenus conceſſa, et in poſterũ concedenda : quorum omnium, et ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad